

nāli⁴, decr[evit]. | Ψήφισμα τῆς ἱερᾶς Θυμε[λικ]ῆς Ἀδριανῆς συνόδου τῶν [περὶ τὸν] | αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραιανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστὸν νέον Διόνυ[σον] | συναγωνιστῶν⁵. Ἐπεὶ Δολαβέλλ[ας] (reliqua nimis lacera omisi).

Nemausi (XII 5232. Inscr. Graec. Ital. 2495 partem vidit Hirschfeld). — 1) Nemausi. — 2) Item Nemausi. De praefectura vigilum et armorum Nemausensi cf. Hirschfeld C. I. L. XII p. 582; item VI 29718. — 3) Ita (ἰερὰ σύνοδος) dicta collegia tam athletarum quam artificum scaenicorum (cf. infra N. 5186 not. 4; Inscr. Graec. Sicil. Ital. p. 754, cet.). Hoc loco collegium scaenicorum intellegendum esse apparet ex tenore decreti adscripti (cf. not. 5). — 4) Significantur Augustalia anno p. Chr. 2 Neapoli in honorem Augusti instituta, testibus Strabone 5 p. 246, Dione 55, 40, Suet. Aug. 98, item titulo Neapolitano Inscr. Graec. Ital. 748. Saepe memorantur in titulis athletarum et scaenicorum Graecis. Cf. etiam infra N. 5232 not. 2. Dittenberger u. Purgold Inscr. v. Olympia n. 56. — 5) De his collegiis cf. quae congressit Lueders die dionysischen Künstler p. 182 seq. Idem collegium alia quoque decreta Graeca Nemausi lapidi insculpsit, Inscr. Graec. Ital. 2496—2498. Archiereus eiusdem ut videtur collegii est in t. item Nemausensi infra N. 5274 (cf. praeterea N. 5186 not. 5). Quomodo bene meruerit Dolabella de hoc collegio et cur Neapoli potissimum decretum in eius honorem factum sit, ex reliquiis decreti non perspicitur.

Gladiatores.

5083 [f]amilia gladia[t. | C.] Salvi Capitonis¹ A . . . | hic sita. | Eq.²: | Mandatus Rab.³, III⁷ II⁶. | Tr.⁸: | Secundus Pomp.⁴ II⁷ II⁷; | C. Masonius⁹ VII⁷ III¹⁰; | Phileros Dom.⁵ XII⁷ XI; | Optatus Salvi¹¹, t.¹²; | C. Alfidius, t.¹² | M.¹³: Q. Cleppius, t.; | . . Iulius, t. | R.¹⁴: . . . , t. |

5083^a | Oceanus Avil., t.¹² | Sag.¹⁵: | Dorus Pis., VI ⊃ III¹⁰. | Vel.¹⁶: | Mycter Ofil., II. | Opl.¹⁷: | Phaeder Avil., t. | Thr.⁸: | Donatus Ner., XII ⊃ VIII; | Hilario Arr., VII ⊃ V; | Aquila Pis., XII ⊃ VI; | Quartio Munil., I; | C. Perpernius, t. | Mur.¹³; | Amicus Munil., I; | Q. Fabius, V ⊃ III; | Eleuther Mun., I; | C. Memmius, III ⊃ II; | Anteros Munil., II; | Atlans Don., III ⊃ I. | Esse.¹⁸: | Inclutus Arr., V ⊃ II. | Sam.¹⁹: | Strabo Don., III ⊃ II. | Ret.: | C. Clodius, II. | Scisso.²⁰: | M. Caecilius, t.¹² | Gallu.²¹: | Q. Granius, t.¹²

Venusiae, tabulae duae, litteratura diversa, fragmenta igitur duorum catalogorum (IX 465. 466 vidit Mommsen). — 1) Idem homo memoratur IX 486. — 2) Eques (cf. infra N. 5125 not. 4). — 3) Rabirii, 4) Pompeii, 5) Domitii, cet., nomina dominorum sunt; familia igitur haec gladiatoria Salvii Capitonis paene tota constabat ex servis alienis et ex auctoratis (cf. not. 9). — 6) Collatis laterculis gladiatorum similibus Graece scriptis (C. I. G. 2164 = Greek inscr. in the Brit. Mus. II p. 46 n. CCVII; C. I. G. 2889), in quibus legitur ad hoc exemplum Θράξ Δράκ[ω]ν νικῆσας β', στεφανωθείς β', Αἰγύπτιαν Ἐκαταλὰς νικῆσας δ', στεφανωθείς αἰ' (?), Mommsenus collegit significari: victoriarum trium, coronarum duarum, 7) victoriarum duarum, coronarum duarum cet. (nota numero priori secundum aut esse parem aut minorem eo, numquam maiorem). Contra Mau, qui de his titulis egit Mitth. des arch. Inst. Rom. 1890 p. 53 seq. putat indicari pugnas et co-